

T R A C T A T U S

DE NATURAE LVCE
 PHYSICA, EX GENESI DESUM-
 TA, JUXTA SENTENTIAM THEO-
 phraſti Paracelſi.

Argumentum Totius opusculi.

Summum atque precipuum arcanum totius
 Philoſophiæ naturalis, in unico immenſita-
 tis æternæ centro fundatum, priſcos non conſi-
 deraffe Phyſicos mirum eſt. Fortaſſe quod
 maſteſtoribus intenti, ea quæ penitus abdita ſunt,
 præterierint, vel potius datum non ſit eis, Deum à ſuis
 operibus noſſe luculentius. Quod quidem hiſce poſtre-
 mis temporibus revelare ſuis Jeſus Chriſtus voluit. De
 quo etiam primus omnium (quod ſciam) Paracelſus
 libro ad Athenienſes, vel ad iſtorum diſcipulos ſcri-
 bens, ſub involucro docet, myſterium magnum increa-
 tum eſſe matrem, & primam materiam creaturarum
 omnium naturalium. Et quia dignatum eſt ſeſe unire
 quandoque tranſiturarum rerum in univerſum etiam
 unico centro creato, Cuncta ſunt (inquit) in pri-
 mam ſuam eſſentiam reditura, non tamen in ſuam
 primam materiam, vel in myſterium magnum: ſed
 in id ſolum quod ante ipſum extitit, videlicet bonũ,
 vel malum, id eſt, in Unarii ſimilitudinem, aut Bina-
 rii. Non eſt etiam hoc myſterium unquã in eo ſta-
 tu rediturum, in quo fuit creationis tempore. Hoc
 primum principium in tria prima principia naturalia
 diviſum